Nicolaus de <Auximo>; Astesanus <de Ast>: Supplementum Summae Pisanellae seu Magistrutiae. [Enth.:] Canones poenintentiales fratris Astensis

[Köln: Ulrich Zell], 21. Febr. 1483 Seite 647



subijcit impator q̄ad fidē: ꝫ etiā q̄ad
omia ecclastica. et ad forū ꝯsciētie ꝑti
nētia. Vñ dixit ꝙ nō dedignāf leges
sacros canones imitari. in autētica.
ut de. apud ꝓpri. episco. ꝯueniāt. pri
mū. §. si do ecclasticū. Colla. vj. Et ve
lit nolit q̄ad p̄dicta sbiect9 est pape
dicto c. duo sūt. ꝫ d'mo iuri q̄ad omia
qꝛ dic̄ de9 Ego dñs et nō ali9 Jsa. xlv
Vñ et glosa in dicta autētica ad hec.
dicit. ꝙ si etiā impator voluisset non
potuisset ꝑmittere. qꝛ seru9 nō pōt cō
tra leges dm̄ sui. Jmmo tenentes ꝙ
aliq̄ casu vsura simplex nō sit pctm̄:
sūt heretici et ut heretici puniēdi. ut et
tenet dñs Anto. d' bu. in p̄fato loco et
ꝓbaf in cle. ex graui. de vsuris. B

Vtrū liceat accipe mutuū sub vsuā
R9 ꝯm Tho. ij. ij. q. lxxviij. Nō licet
inducere aliquē ad mutuandū sub
vsura. Licet tñ ab eo q̄ patus est fa-
cere et q̄ exercet vsuras mutuū accipe
sb vsuris ꝓpter aliqđ bonū. ut est sb
uentio sue nccitatis vl' alterius. sicut
etiā licet ei q̄ incidit in latrones mai
festare bona q̄ habꝫ. ad h' ut nō occi-
daf. q̄ tñ latrones diripiēdo peccāt.
Et intelligit Wil. nō solū de nccitate
absoluta. sed etiā de nccitate vtilita-
tis quā aliq̄s ꝯseq̄tur agēdo negocia
sua. sed hac cessante puta cū accipef
ꝓpter ludū alee et hmōi: tūc ꝯm eūdē
accipe ad vsurā est pctm̄ morle. A.
Jdē nota. in sū. co. ti. q. xliiij. Sed cer
te nō videf iure ꝓbari ꝙ ꝑ sola cā vti
litatis liceat ad vsurā accipe cū plus
debeam9 ponderare damnū spūale ꝓx
imi q̄ꝫ nostrū tpale lucrū s'. Scādalū
. §. vtrū tpalia. Nec dictū ul' do Tho.
se extēdit. nisi ad absolutā nccitatē.
videlꝫ sine q̄ non pōt ꝯmode fieri. Et
addit Jnno. in ca. sup eo. ꝙ nccitate
imminente extrema: debꝫ prio q̄s in
duci ut gratis saltē ꝑ mutuū sbueni
at indigēti. qđ si nollet: induci pōt ut
sb vsuris saltē h' faciat et min9 malū
eligat. videlicet vsurā potius q̄ꝫ homi
cidium. B

Vtrū accipe sb vsuris ꝓ alio sit lici-
tū. R9 Si hoc facio in seruiciū vsurarij
ut ipse vl' mutuet vl' lucref: teneor qꝛ
fautor ei9 sū. Alb9 verū ē respectu pcci
Ad restitutōez aūt nō teneor. nisi fa-
uerim vsurario in exactōne. ut dicef
. §. Vsura. v. §. prīo. B Si do facio in s'-
uiciū accipientis tūc ꝑ illū modū licꝫ
q̄ d'r in p̄ce. §. et marie si cā mei mitio
res vsure exigāf ab illo.

Sed q̄d si ego rogat9 ab illo q̄ vult
accipe sb vsuris fideiubeo siue ꝓmitto
ꝓ ipso ad h' ut mitiores vsure exigāt
nūq̄d in hoc casu possū accipe aliq̄d
ab eo. R9 Nō. qꝛ sic essē ꝑticeps vsu
re in ea ꝑte quā recipio. Alij cōtra. qꝛ
vti fideiussione alicui9 nō est vsus pe
cunie sicut nec vti pigneratōe. Vnde
sicut ꝓ pigneratōne rei mee possū ali
q̄d accipe. ut s'. in sexto. §. dictū ē. ita
videf ꝙ possim recipe ꝓ fideiussione.
Sed primū tñ tuti9 A. Et hoc videf ve
ri9. qꝛ accessoriū naturā seq̄tur prinici
cipalis. ex. de reg. iuris. Accessorium
li. vj. Sicut ergo nō licet pro mutuo
aliq̄d accipe. ita nec ꝓ fideiussione vl'
obligatōe q̄ succedit loco ei9 Videtur
enī pecunia manu breui. i. q̄dam ve-
loci intellectuali trāsitu mutuata fi-
deiussori et a fideiussore debitori vl' ecc
sine hoc ipsa fideiussio non est. nisi ꝓp
ter mutuū. et sic accedit ad illud. et se
quitur ei9 naturam. Nec ob. ꝙ fide-
iussor incurrit picul̄ū. si debitor effici
atur nō soluendo. quia et hoc picul̄ū
incurrit etiam ipse principalis credi-
tor. et propter hoc nō potest aliquid
vltra sortem recipere: immo non tm̄
propter hoc periculum ꝫ etiam si cū
hoc accipiat in se periculum nauiga-
tionis vel itinerationis. propter hoc
non potest aliquid vltra sortem reci-
pere. extra de vsuris. capi. nauigan-
ti. ergo multominus ipē fideiussor ac
cessori9 Nec obstat quod dictum est
de re obligata ad pignorandum. qꝛ
locatio est contractus principalis et
per se. sed fideiussio est obligatio ac-
cessoria ad principalē obligatōnem.
Et sic patet dr̄ia. B.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-452/0647
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG